

_Lettera_N_1847

Dichiarazione per il chierico Luigi Porta

*Datum Taurini, die 10 septembris anni 1873 Dilecto Nobis Clerico Porta Aloysio e Dioecesi Casalensi in Christo salutem.

Quoniam religionum moderatores maximam curam gerere debent de iis quae ad majorem Dei gloriam et sui instituti finem conferre censentur, Nobis in Domino bonum visum est te ad sacrum subdiaconatum esse admittendum. Ideoque declaramus te, Nostrae Congregationis clericum professum, legitimis natalibus ortum, sacro chrismate unctum, bonis moribus praeditum, in aetate ab Ecclesia praescripta constitutum, nullo impedimento detinere quin ad Sacros Ordines promovearis.

Quapropter te humiliter apud Reverendissimum ac Benevolentissimum

Episcopum Albingamensem commendamus, ut pro Nostrae Salesianae Congregationis necessitate subdiaconatum ab Eo petas atque suscipere valeas.

Quoniam vero candidatus de quo hic sermo est, post annum 14 aetatis suae in Nostra Congregatione receptus fuit, idcirco opportuna facultas petita atque concessa fuit Pontificio Rescripto sub die 8 augusti 1873. Joannes Bosco Sacerdos